



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia Explicationis Gavsarvm [!], Cvr Cvm Gregorio à
Valentia Hispano, Iesuita Ingolstad. de hominum
mortuorum, Statuarum, Imaginum, &c adoratione, non sit
amplius disputandum: Et Refvtatio ...**

Heerbrand, Jakob

Tvbingæ

VD16 H 960

Einleitung

urn:nbn:de:hbz:466:1-36573

APOLOGIA

EXPLICATIONIS CAU-
SARVM, CVR CVM GREGORIO A

*Valentia Iesuita, de hominum mortuorum in-
uocatione, &c. Non sit amplius
disputandum.*

Et Refutatio contrarij scripti eiusdem.

Mp̄ij vt mare feruent, quod conuiescere non potest, inquit Propheta. Et negotiosa res est impietas. Nam & naturæ corruptæ ductu, & Satanæ instinctu, pleno ad impietatem & Idololatriam homines feruntur cursu, hacq̄ parte longè p̄ijs antecellunt. Cuius rei maximè illud sit exemplum, populus Israel, qui Dei dicebatur & erat peculium: in quo, præter alia impietatis studia, prætextu verorum cultuum, sinceræ Religionis & doctrinæ, non solùm vitulorum aureorum, publicè prolabat Idololatria, sed & Baalitæ passim in toto regno summati potestate regia, eiectis, oppressis, & occisis p̄ijs sinceric doctoribus & Prophetis Domini, dominantur. Ita vt Helias dux chori Prophetici, sibi solus relictus videretur, fugacq̄ vitæ suæ consulere cogatur, reductis ad ingentem paucitatem p̄ijs in populo Dei.

Quid de Pharisæis, Scribis, Sacerdotibus, & im-
p̄ Pontificibus, tempore quo Christus in carnem ve-
nit, dicemus: Qui toties ab ipso ita refutati & confusi
A vt quid

vt quid certè responderent, inuenire non potuerint, oggannire tamè minimè cessauerunt, semper aliquid dicitur inueniret impietas, nihil intentatum relinquentes, donec ipsum in crucem agerent. Apostolos profligauerunt quos poterant, occiderunt.

Imago hæc est & typus nostrorum temporum, & certaminum. Postquam enim immensa Dei bonitas, lux verbi Dei post diuturnas, densas & horrendas Papatus tenebras exorta est, qua ad atomos, errores & Idolomania multiplex regni Antichristiani semper profligata, vt Papatum ipsum suæ puderet impietatis, quam nullo prætextu tegere amplius vel ornare potuerunt: Sicut Eccius palàm scipsit & confessus est mortuorum inuocationem, neque ex Veteri, neque in Nouo Testamento probari posse: Ecce Satan, ne regnum suum corrueret, nouum foetum, sed valde infidelicem, imò arbortum, filios suos dilectos Iesuitas propperit & excitauit: qui regnum iam inclinatum, ruinamque minitans, fulcirent, domumque suam corrosam nouis quæ sitis coloribus, pingerent. Quorum ita obfirmavit frontes, vt desultoria leuitate omnia tentare & moliri audeant, & fingere ac mentiri, quiduis eos nihil pudeat, & etiam in mendacio deprehensi manifesto, non erubescunt. Talis est prorsus huius ordinis homines, Gregorius de Valentia: cuius impietatem, errores crassissimos, multiplicem Idololatriam, eamque horrendam, absurditatem, & mendacia palpabilia ita ab oculis posuit: vt, si scintillula honestatis etiam civilis in illo reliqua esset, horum eum meritò ita puderet, vt porrò in hoc argumenti genere nihil tentaret amplius, sed silentio ista tegeret. Verùm tanta est impudentia, improbitate,

ate, animiq; impotentia, vt ea non repetat tantum,
 et augeat etiam. Quæ nisi ad oculum hoc scripto de-
 monstrauero, vanus habebor.

Sequitur autem ordinem ab Aduersario institutum,
 cui visum est, cum ego veras exposuissem causas, cur
 cum ipso mihi non amplius de Idololatriæ mortuorum in-
 uocatione, panis consecrati, imaginum, statuarum &
 ceterorum adoratione esse disputandum, iudicauerim: prius,
 alias à se excogitatas, falsas, & mendaces (hoc suum enim
 habet Hispanus iste) fingere & spargere causas, prop-
 ter quas certamen detrectauerim. Deinceps, veras, & à
 me productas ac enumeratas huius rei causas, refutare
 conatus est, mirifice sophistica passim ludens, omnia
 que mea peruertere studens. Ad quæ omnia & singu-
 la, ea etiam, ad quæ in præcedenti scripto non respondi
 quod opus esse minimè iudicarem, cum improbe adeo
 insultando urgeat & exigat, ordine iam & breuiter,
 quantum fieri potest, respondebimus stulto, ne sibi sa-
 pienter videatur, ipsius quæ contra attulit, refutaturi: no-
 stra vero, Deo bene iuuante defensuri, vt omnes æqui
 Lectores intelligant, & iudicent, vtrius causa sit supe-
 rior. Sed hinc mihi accidere video, quod veteres ryth-
 mis significarunt.

*Hoc scio pro certo, quod si cum stercore certo:
 Vinco vel vincor, semper ego maculor.*

I.

Initiò autem cramben suam multoties iam co-
 ctam, atq; recoctam, & decoctam, definitiunculam di-
 uinam insufficientem, à se positam, malus & ineptus co-
 quus beneficia miscens, quibus & Religio, & miseræ
 animæ

A 2